



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 5. Rex Caletum profectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1558.  
tharingius Cardinalis, pro Nobilibus autem Nivernius Dux, ac demum pro plebe Andreas Guilarius Mortarius perorabat: cum autem præter morem ex Regni Magistratibus, qui Regis nomine jus dicerent, quartus Ordo constitutus, atque ab iis tertius justitiæ, & ærarii Ministrorum ordo separatus fuisset, Joannes Santandreas finita Nivernii Ducis oratione verba faciens in genua procubuit, Regique in Nomine Parisiensis, ceterarumque Regni curiarum, quarum delegati aderant, gratias egit, quod ex Senatoribus, qui vice Regia justitiam administrant, quartum Ordinem nominasset, & ad ceteros tres Regni Ordines junxisset. Postea cum Rex discederet, Cardinalis Lotharingus plebis delegatos seorsim conveniens eo induxit, ut omnes Ordines Regi trigiesies centena aureorum millia precario penderent, quam quoque summam Provinciis, urbibus, ac pagis impositam postmodum ditiones, ac cuncti facultatum copia magis conspicui solvere tenebantur.

§. V.

*Rex Caletum profectus.*

*Thuan. l. 20.*  
*Belcar. l. c.* **F**initis hisce comitiis Rex unacum Regina, Delphino, ac Proceribus solemniter sacro, quod in Palatii sacello celebrabatur.

brabatur, interfuit, Deoque gratias de  
 Caleto feliciter capto egit: Verum prius-  
 quam Henricus eo contenderet, pro  
 tribunali sedebat, ubi pleraque edicta, ac  
 constitutiones, quæ ad civilem admi-  
 nistrationem pertinebant, & jam abo-  
 leverant, renovatæ, ac denuo promul-  
 gatæ sunt: inde autem Caletum paucis  
 post diebus profectus est, ubi examina-  
 to loci situ ex Belliducum suorum con-  
 silio urbem munire statuit, ac ipsemet  
 unacum Delphino, qui eum comitaba-  
 tur, triumphantium more civitatem in-  
 gressus est, Pauloque Thermo illius  
 gubernationem commisit: ipse vero di-  
 missa exercitus sui parte reliquam ad  
 hyberna deduci iussit. Postea Niver-  
 nius Dux in Campaniam reversus præ-  
 fidiariorum Præfectis, ut suas legiones  
 paratas haberent, præcipit, ac ipse in-  
 eunte Mense Februario Ivodium venit,  
 ubi Senatu habito Herbemontium ca-  
 stellum in Arduenna Sylva situm obsi-  
 dere decernebat, quod etiam postea  
 captum est.

## §. VI.

*Franciæ Delphinus Marice Stuartæ  
 Scotiæ Regiæ desponsatus.*

Postquam Rex victor redierat, unice  
 curas eo intendit, ut inter Delphi-  
 num Filium suum, & Mariam Stuartam

Sæcul, XVI.  
 A.C. 1558.

*Thuan. hist.*  
*l. 20. n. 6.*  
*Belc. l. 28.*  
*n. 10.*

A 5 Scoto-